

ros effectus: sicut Aug. dicit in 3. De tri. de his qua arte demo-
num fiunt.

Idem in principio lib. 4. Meteor.

Præcipuus Alchemistarum scopus est, transmutare metalla,
scilicet imperfecta, secundum Veritatem, & non sophisticè.

Idem.

Metalla transmutari possunt & unum in aliud, cum natura-
lia sint, & ipsorum materia eadem.

Idem aliolo loco.

Charissime fili, non abhorreas super nomine lapidis. Nullus
enim unquam potuit, nec in posterum poterit tingere aurum,
nisi cum auro. O charissimi divina artis filij, declinate ab o-
mni errore cacitatis, & attendite Veritatem consistere tantum
in tribus, ex quibus componitur Verum philosophorum Elixir,
videlicet ex lapide lunari, in quo est sulphur album, ex lapide
solari, in quo est sulphur rubeum; & lapis Mercurij amplecti-
tur utrumque, album scilicet & rubeum.

Auicenna
Ar. v. &
sulph. est o-
mnium ma-
teria me-
talla

Guilielmus Parisiensis.

Intentio philosophorum est facere de corpore spiritum, scili-
cet argentum viuum purum, quod dicitur philosophicum. Cum
autem oporteat componere lapidem ex duabus substantiis, vola-
tili & fixa, necesse est prius ex unione illarum conficere eorum
argentum viuum, antequam fiat Elixir completum.

Io. Duns Scotus, doctor subtilis.

Aliqui dicunt, bonum esse mutare materiam de uno vase in
aliud interdum, quod verum non est. Sed sufficit lapidem semel
poni in vase suo bene clauso, nec inde egreat, quousque totum
compleatur magisterium: & quod amplius est, à mala est, ut in
generatione hominis, & omnis vegetalis, nunquam nisi semel
matris imponitur semen.

VINCENTIVS Monachus lib. 5. natural.

Noë hanc Philosophorum medicinam tenebat, & quingente-
simum annum agens genuit Sem, Cham, & Iaphet.

Præterea Arnaldus a Villa noua in quodam tractatu loquens
de putrefactione, & mutatione materiæ lapidis in varios co-
lores, citat locum illum Ioëlis prophetæ, vbi ait, Solem conuer-
ti in tenebras, & lunam in sanguinem. Et Ioan. Dastinus An-
glus lib. 3. Obscuratus est sol in ortu suo, & luna à suo lumine
declinavit.